



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Perpetuam impiorum in hac vita prosperitatem reprob[ati]onis
argumentum esse. 81.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

*Nec, velut in lepidæ curvo solet orbe choreæ,
 Hūc dextra, hūc laeva teneas, quantūq; propinqua,
 Tantum etiam à Christo sis omnipotente remota,
 Et simul addiscas animum carnique Deoque:
 Equora nec celeri sulcans infida carina,
 Non nimium tumidas aquilone agitante procellas,
 Committe ut cursum ratis anchora iacta retardet,
 Aut illam tellure trahas, via sitque per undas
 Lenta tibi equore & similis, similisque pedestri.*

Perpetuam impiorum in hac
 vita prosperitatem repro-
 bationis argumen-
 tum esse.

81.

*Omnia cum medicus frustra tentavit in egro
 Plusque valere sua perspicit arte malum:
 Omnes agrotō tum denique laxat habenas,
 Ac sinit arbitrio vivat ut ipse suo.
 Sic sceleri infixum Deus addictumque relinquit
 Infre nem, atque suo vivere more sinit.
 Non igitur sese tum censeat ille beatum.
 Noxa etenim pœnas gignit multa graves.*

SCHOLIA.

Omnia cum medicus, D. Gregorius

I

Lib. 21. in Moralib⁹ suis ait, reprobis bo-
cap. 4. na ea, quę experit, eodē modo da-
 ri, quo iis, quorū deplorata salus
 est, quicquid lubet, concedi solet.
De verb. *Noxa etenim.*) Magnę misericor-
Dom. dię est, inquit Augustinus, nequi-
serm. 37. tix impunitatem nō relinquere.
Psal. 9. Vis nosse nulla pœna quāta pœ-
 na sit? P salmum interroga: Irrita-
 uit dominū peccator. Quare ob-
 secro? quid vidisti? Vidit peccato-
 rē impunē luxuriantē, malefaciē-
 tem, bonis abundātem: & excla-
 mauit, Irritauit Dominū pecca-
 tor. Quare hoc dixisti? Quid enim
 vidisti? Præ magnitudine irę sua
 non requirit. Ideo non exquirat,
 quia multū irascitur. Eodē mo-
 do Diuus quoq; Hieronymus in
Epist. ad Crastucium: Magna
 est, quādo peccātibus non irasci-
Ec. ec. 16 tur De⁹. Vnde & in Ezechiele
 Hierusalē, Iā, inquit, nō irascar

bi. Atque etiã in alia epistola ex- *Epist. 130*
 ponēs hęc verba Prophete, In tri- *Sabin.*
 bus & quatuor impietatib⁹ nõne
 auertã faciẽ meã ab eo? Auersio-
 nẽ faciei, inquit, pro magna pœ-
 na accepit, cùm peccator volũtati
 suę relinquitur. Atq; huc etiã fa- *Epist. 5.*
 cit quod scribit August. Nihil in-
 felici⁹ est felicitate peccantiũ, per
 quã pœnalis nutritur impunitas,
 & mala voluntas, tanquã hostis
 interior, roboratur. Ac rursus *Hom. 16*
 apocalypsim enarrans, Tunc, in-
 quit, maiori plaga percutiuntur
 impij, quãdo se suis iniquitatib⁹
 colẽtes, iusto dei iudicio malũ a-
 gere permittũtur, vt inter Dei fi-
 lios flagellari non mereantur, sed
 impleatur in eis illud quod scri-
 ptum est, In labore hominum
 non sunt. Et Gregorius in Eze- *Hom. 12*
 chielem scribens: Quia omni- *In E-*
 potentem Deum plebs Israelita *Zeb.*



S A C R A

deseruit, reuerti nolens, libellum
 repudij accepit. Deseruit videli-
 cet peccando: sed libellum repu-
 dij accepit, in suis iniquitatibus
 sine flagello remanendo. Libellum
 repudij accepit, vt iã velut aliena
 derelicta, faciat mala quę vult, ze-
 li Dei flagella non sentiet: quate-
 nus ad æterna supplicia profun-
 dius descendat. Et paulò post: ne-
 cesse est vt peccatores quoque
 tunc consideremus amplius mi-
 seros, quando eos cognoscimus
 in culpa sua sine flagello dereli-
 ctos. Hinc enim per Salomo-
 nē dicitur, Auersio paruulorum
 interficiet eos, & prosperitas stulti-
 torum perdet illos.

Prou. i.

Piorum spem plus eis
 lætitiæ afferre, quàm
 in omni vita
 sentiant.